Caesar, de bello Gallico, I,17

Tum demum Liscus
oratione Caesaris adductus,
quod antea tacuerat,
proponit:
esse nonnullos,
qorum auctoritas apud plebem plurimum valeat,
qui privatim plus possint quam ipsi magistratus.
Hos seditiosa atque improba oratione multitudinem deterrere,
ne frumentum conferant,
quod debant:
Praestare,
si iam principatum Galliae obtinere non possent,
Gallorum quam Romanorum imperia perferre;
neque dubitare debeant,
quin,
si Helvetios superaverint,
Romani una cum reliqua Gallia Haeduis libertatem sint erepturi.
Hos a se coerceri non posse.
Quin etiam,
quod necessariam rem coactus Caesari enuntiarit,
intellegere sese,
quanto id cum periculo fecerit,
et ob eam causam,
quamdiu potuerit,
tacuisse.

Raum für Notizen